



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

Epistola XXXIV. Innocentii Papae I. Quod facere potuit, se Hieronymi causa fecisse dicit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

EPISTOLA XXXIV.

INNOCENTII PAPÆ I.

Quod facere potuit, se Hieronymi causa fecisse dicit.

Dilectissimo fratri Aurelio Innocentius episcopus.

PISSIMAM etiam ad nos perueniendi tuam affectionem bene compresbyter noster credidit Hieronymus: compatimur gregis nostri membro, & quod faciendum duximus, vel facere potuimus, sumus velociter executi. Germanitas tua, frater carissime, citius literas memorato reddere festinet.

CONCILIVM MILEVITANVM ^b I.

GENERALE

SVB INNOCENTIO

Kalendis Septembris^c anno Christi 402. habitum

ACTA illius Græce & Latine extant infra in Concilio Africano, quæ sic incipiunt: ^a *Gloriosissimis imperatoribus Arcadio & Honorio V. consulibus VI. Kalendas Septembris*; reliqua in dicto Africano Concilio infra require.

ANNO
CHRISTI
402.

NOTÆ.

Locus Concilii.

^a *Concilium Mileuitanum.*] Sic dictum a Mileui, qui est Africae propria locus, teste Abrahamo Ortelio in thesauro geographico. Mileuitanae regionis & ciuitatis meminit S. August. epist. 129. & 168. Vnde liquide apparet errare eos, qui hoc Concilium in Melita insula habitum scribunt.

Acta Concilii.

In hac Synodo post confirmata synodalia Decreta, diuersorum episcoporum causæ in medium adlatæ sunt. Cresconii Villaregiensis episcopi causam, ante omnes alias in iudicium deductam esse, constat; sed quid in ea decretum ac constitutum fuerit, non apparet. Post hanc tractata fuit causa Quodvultdei Centuriensis episcopi, de qua illud a patribus definitum, quod Canon hic, & sub titulo de iudiciis in Decretaliũ libro secundo editus habet. Tertio lectus est libellus Maximiani Vagiensis episcopi, qui cum ex Donatistarum schismate ad ecclesiam catholicam conuersus non pacifice a populo recipere-tur, bono pacis consulens, significabat se suæ sedi renuntiare; rogans etiam, vt ad bene consulendum paci ecclesiasticæ, alius in locum